affectiones ſurſum leuare quin aliq̄d remaneat in terra. Corpus qd̄ corrūpitur aggrauat aīam et deprimit terrena inhabitacio ſenſum multa cogitantē. Sz multominꝰ poſſumꝰ tā puri et idonei fieri vt poſſimus iugiter deo adherere. Quoniā quā diu ſumus in corpore peregrinamur a deo. Sed iſti ſunt gradus et pfectus quibꝰ noſtra fragilitas aſcenſiones debet diſponē et ſucceſſiue quantū poterit proficere aſcendendo.

De tribus quibꝰ ſuſtentat̄ et pmouetur ſpiritualis aſcenſio. ſcz lectione meditacōne et orōne. // Ca. xliij.

Verum qr non eſt humane fragilitatis cordis ſemp inſiſtere aſcēſionibus et ſpūalibus affectionibus et exerciciis. et difficile eſt aſcēdenti nū q̄ deſcendere niſi habeat in quo fatigatꝰ requieſcat. niſi aliū ſecū habeat

quo ſuſtentet̃ in via Ideo ſicut ſupi⁹
deſignatis tribus deſcenſibus triplicẽ
poſuim⁹ diſcuſſionem ꝑ ipſoꝝ deſcen
ſuum pleniori habenda noticia Ita iã
erecta ſcala aſcẽſionũ tria aſſignem⁹
ſuſtentamẽta in quibus requieſcere
valeas fatigatus quibus poſſis te refi
cere deficientẽ in via · Sunt autẽ tria
iſta Lectio· meditatio·oracio· Hiis tri
bus nutritur et ꝑficitur omne ſpũale
exercitiũ· Hec ſunt quodãmodo cib⁹
in via· Quoniã ſicut deus dedit corpi
panem vinum ⁊c̃ ad ſuſtentacõnem
ſuam ita p̃miſſa tria contulit deus aie
in hac peregrinacõne ꝑ ſua refectiõe
vt dicat Auguſti⁹ · Lectio aũt magis
ꝑtinet ad primũ aſcenſionis gradum
qui in timore ꝑficitur· Nã lectio ſcd̄m
hugonem ad incipiẽtes ꝑtinet q̃ vtiq̃
in primo gradu a timore cõcipiunt et
ꝑturiunt ſpiritũ ſalutis · Meditatio

magis ſpectat ad ſcd̃m gradū id eſt
pficientes qui iam lectionibus inſtruc
ti ſciunt ſecū in corde ſuo deambulaē.
Oracio vero quis ad omnes ſpectet
aſcenſus. precipue tamen et pprie ip
ſis congruit qui in tercio aſcenſionis
gradu incipiunt deo adherere. Eſt enī
oracio hominis deo adherentis affectio
et familiaris quedam et pia allocutio:
Sed videam⁹ quomodo iſta tria nos
in aſcenſionibus premiſſis pmouent
et adiuuant et ſuſtentant ſi debite di
rigantur et diſcrete aſſumantur.

¶ Qualiter ſacra lectio adiuuat et ſuſtentat aſcendētes et qualiter ſit ad pfectum ſpiritualem ordinanda et dirigenda. Capl. xliiij.

IGitur timore perculſus et cōpun
ctione depreſſus. affectu quoq
et deſiderio aſcendendi inflammatus
lectionē tibi arripe ad tuū pfectū. ita